Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Cod. Biblia sacra (omisso Psalterio)

Biblia sacra (omisso Psalterio) - Lichtenthal 13

Lichtenthal (?), [um 1300]

Lamentationes

urn:nbn:de:bsz:31-35330

Visual Library

Similiter et mortuo proiecto in tenebris similes sunt dii illorum lignei et inaurati et inargentati. A purpura quoque et marmore que super illos tenent: scietis itaque quia non sunt dii. Ipsi etiam postremo comeduntur: et erit opprobrium in regione. Melior est homo iustus qui non habet simulachra. Nam erit longe ab opprobriis. **Explicit exemplum epistole ieremie. Incipit lamentatio ieremie prophete quod est in tytulo cynoth cum absolutione hebraicarum litterarum.** Et factum est postquam in captivitatem ductus est israhel et ierusalem destructa est. sedit ieremias flens et planxit lamentatione hac in ierusalem: et amaro animo suspirans et eiulans dixit. **Aleph. I.**

Quomodo sedet sola civitas plena populo: facta est quasi vidua domina gentium: princeps provinciarum facta est sub tributo. **Beth.** Plorans ploravit in nocte: et lacrime eius in maxillis eius. Non est qui consoletur eam ex omnibus caris eius. Omnes amici eius spreverunt eam: et facti sunt ei inimici. **Gimel.** Migravit iuda propter afflictionem et multitudinem servitutis: habitavit inter gentes nec invenit requiem. Omnes persecutores eius apprehenderunt eam inter angustias. **Deleth.** Vie syon lugent: eo quod non sint qui veniant ad sollempnitates. Omnes porte eius destructe: sacerdotes eius gementes: virgines eius squalide: et ipsa oppressa amaritudine. **He.** Facti sunt hostes eius in capite: inimici eius locupletati sunt: quia dominus locutus est super eam propter multitudinem iniquitatum eius. Parvuli eius ducti sunt captivi ante faciem tribulantis. **Vau.** Et egressus est a filia syon omnis decor eius. facti sunt principes eius velut arietes non invenientes pascua: et abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis. **Zay.** Et recordata est ierusalem dierum afflictionis sue et prevaricationis omnium desiderabilium suorum que habuerat a diebus antiquis cum caderet populus eius in manu hostili: et non esset auxiliator. Viderunt eam hostes: et deriserunt sabbata eius. **Heth.** Peccatum peccavit ierusalem: propterea instabilis facta est. Omnes qui glorificabant eam spreverunt illam: quoniam viderunt ignominiam eius. Ipsa autem ge

finis
Iherusalem iherusalem convertere ad dominum deum tuum

Vos

meus ⁊ conuersa retrorsū. Teth.
Sordes eı̄ in pedib᷒ eı̄ : nec recor
data est finıs suı. Deposita est
uehement᷑ : nō habens consolatorē.
Vide dn̄e afflictionē meā : quō e
rectus est inimicus meus. Ioth.
Manū suā misit hostis ad omnia
desiderabilia eı̄ ; quia uidit gentes
ingressas sanctuarıū tuū de quib᷒
p̄ceperas ne intrarent in ecclam
tuā. Caph. Omnis pp̄ls eı̄ gemens ⁊
querens panē : dederunt p̄ciosa q̄
p̄ cibo ad refocilandam animā. Vi
de dn̄e ⁊ cōsidera : quō fc̄a sū uilis.
Lamech. O uos om̄s qui transitis p̄
uiā : attendite ⁊ uidete si est dolor
sic̄ dolor meus : quō uindemiauit
me. ⁊ locutus est dn̄s in die furoris
sui. Mem. De excelso misit ignē in
ossib᷒ meis : ⁊ erudiuit me. Expan
dit rete pedib᷒ meis : conuertit me
retrorsum : posuit me desolatā to
ta die merore confectam. Nun. Vi
gilauit iugū iniquitatū mearū in
manu eı̄ conuolute sunt ⁊ imposite
collo meo. Infirmata est uirtus me
a : dedit me dn̄s in manu de qua n̄
potero surgere. Samech. Abstulit
dn̄s om̄s magistros meos de medio
mei : uocauit aduersum me temp᷒
ut contereret electos meos. Torcular
calcauit dn̄s uirgini filie iuda. Ayn.

Idcirco ego plorans ⁊ ocl̄s meus de
ducens aquā : quia longe factus ē
a me consolator : conuertens aīam
meā. Facti sunt filij mei p̄diti :
quō inualuit inimicus. Fe. Ex
pandit syon manus suas : n̄ est q̄
consolet᷑ eā. Mandauit dn̄s aduer
sum iacob : in circuitu eı̄ hostes
eı̄. Facta est ierlm q̄si polluta
menstruis inter eos. Sade. Iust᷒
est dn̄s : quia os eı̄ ad iracundiam
p̄uocaui. Audite obsecro uniuer
si pp̄li : ⁊ uidete dolorē meū. Vir
gines mee ⁊ iuuenes mei abierūt in
captiuitatē. Coph. Vocaui ami
cos meos : ⁊ ipsi deceperunt me. Sa
cerdotes mei ⁊ senes mei in urbe cō
sumpti sunt : quia quesierūt sibi
cibū ut refocilarent animā suam.
Res. Vide dn̄e quō tribulor : uen
ter meus conturbatus est. Subū
sum est cor meū in memetipsa :
quō amaritudine plena sū. Foris
interficit gladius : ⁊ domi mors
similis est. Sen. Audierūt q̄a in
gemisco ego : ⁊ n̄ est q̄ consolet᷑ me.
Om̄s inimici mei audierūt malū me
um : letati sunt quō tu fecisti. Ad
duxisti diē cōsolationis : ⁊ fient
similes mei. Thau. Ingrediat᷑ om
ne malū eorū corā te : ⁊ uindemi
a eos sic̄ uindemiasti me p̄pt᷑ ini

Lectio ij

MIA.

quitates meas. Multi enim gemi
tus mei: et cor meum merens. Aleph.
Quomodo obtexit caligine II.
in furore ſuo dominus filiam ſyon.
proiecit de celo terram inclitam israel.
et non eſt recordatus ſcabelli pedum
ſuorum in die furoris ſui. Beth. Pre
cipitavit dominus nec pepercit omnia ſpeci
oſa iacob. Deſtruxit in furore ſuo
municiones: virgines iuda deiecit
in terram: polluit regnum et princi
pes eius. Gimel. Confregit in ira
furoris omne cornu israel: avertit re
trorſum dexteram ſuam a facie inimici:
et ſuccendit in iacob quaſi ignem flamme
devorantis in gyro. Deleth. Tetendit
arcum ſuum quaſi inimicus: firmavit dex
teram ſuam quaſi hoſtis: et occidit omne
quod pulchrum erat viſu filie ſyon.
effudit quaſi ignem indignationem ſuam.
He. Factus eſt dominus velut inimicus:
precipitavit israel precipitavit omnia
menia eius: diſſipavit municiones
eius: replevit in filia iuda humilia
tum et humiliatam. Vau. Diſſi
pavit dominus quaſi ortum tentorium ſuum:
demolitus eſt tabernaculum ſuum.
Oblivioni tradidit in ſyon feſtivita
tes et ſabbata: et in obprobrium et in
indignationem furoris ſui regem et ſa
cerdotem. Zai. Repulit dominus
altare ſuum: maledixit ſanctificationi
ſue. Tradidit in manu inimici mu
ros turrium eius: vocem dederunt in domo
domini ſicut in die ſollempni. Heth. Co
gitavit dominus diſſipare murum filie ſy
on: tetendit funiculum ſuum. et non a
vertit manum ſuam a perditione. Luxit
que antemurale: et murus pariter diſ
ſipatus eſt. Teth. Defixe ſunt in terra
porte eius: perdidit et contrivit vectes
eius. Regem eius et principes eius in gen
tibus. Non eſt lex: et prophete eius non
invenerunt viſionem a domino. Ioth.
Sederunt in terra conticuerunt ſenes
filie ſyon: conſperſerunt capita ſua
virgines ierusalem. Accincti ſunt ciliciis:
abiecerunt in terram capita ſua virgi
nes iuda. Caph. Defecerunt pre lacri
mis oculi mei: conturbata ſunt
viſcera mea. Effuſum eſt in terra
iecur meum: ſuper contricione filie
populi mei. cum deficeret parvulus et
lactens in plateis oppidi. Lamech.
Patribus ſuis dixerunt ubi eſt triticum
et vinum: cum deficerent quaſi vulnera
ti in plateis civitatis: cum exalarent
animas ſuas in ſinu matrum ſuarum.
Mem. Cui comparabo te vel cui aſſi
milabo te filia ierusalem: Cui adequabo
te et conſolabor te virgo filia ſyon:
Magna eſt velut mare contricio tu
a: quis medebitur tui. Nun. Prophe
te tui viderunt tibi falſa et ſtulta: nec

aperiebant iniquitatē tuā ut te
ad penitentiā provocarent. Vide
rūt autē tibi assumptiones fallas & eiec
tiones. Samech. Plauserunt sup
te manib' omnes transeuntes p viam
sibilaverūt & moverūt caput suū sup
filiā ierlm. Heccine est urbs dicen
tes pfecti decoris gaudiū universe
terre. Ayn. Aperuerūt sup te os
suū omnes inimici tui. sibilaverūt
& fremuerūt dentib' & dixerūt. Devo
rabimus. En ista est dies quā expec
tabamus. invenimus vidimus. Fe. Fecit
dns que cogitavit. complevit sermo
nē suū quē preceperat a dieb' antiqs.
Destruxit & nō pepercit. Et letificavit
sup te inimicū. & exaltavit cornu
hostiū tuoꝝ. Sade. Clamavit cor
eoꝝ ad dnm sup muros filie syon.
Deduc qsi torrentē lacrimas p diē
& p noctē. Non des requiem tibi.
neqꝫ taceat pupilla oculi tui. Coph.
Consurge lauda in nocte in prin
cipio vigiliaꝝ. effunde sicut aquā cor
tuū ante conspectū dni. Leva ad
eū manus tuas p animab' parvu
loꝝ tuoꝝ qui defecerūt fame in ca
pite omniū compitoꝝ. Res. Vide
dne & considera quem vindemiave
ris ita. Ergo ne comedent muli
eres fructū suū. parvulos ad
mensuram palme. Si occiditur in

sanctuario dni sacerdos & pphā.
Iacuerunt in tra foris puer & se
nex. virgines mee & iuvenes mei
ceciderūt in gladio. Interfecisti in
die furoris tui. pcussisti nec miser
tus es. Zay. Vocasti qsi ad diem
sollempnē qui terrerent me de cir
cuitu. & nō fuit in die furoris dni
q effugeret & relinqueret. Quos edu
cavi & enutrivi. inimicus meus con
sumpsit eos. Thau. Ego vir videns paup
tatē meā. in virga indignationis
eius. Capitulum III. Aleph.
Me minavit & adduxit in tene
bras & nō in lucem. tantum
in me vertit & convertit manū suā
tota die. Beth. Vetustam fecit
pellē meā & carnē meā. contrivit
ossa mea. Edificavit in gyro meo.
& circumdedit me felle & labore. In
tenebris collocavit me. qsi mortu
os sempiternos. Gimel. Circumedi
ficavit adversum me ut nō egrediar.
aggravavit compedem meū. Sed &
cū clamavero & rogavero. exclusit
orationē meā. Conclusit vias meas
lapidib' quadris. semitas meas sub
vertit. Deleth. Ursus insidians fac
tus est michi. leo in absconditis. Semitas
meas subvertit & confregit me. po
suit me desolatā. Tetendit arcum
suū. & posuit me qsi signū ad sagit

tam. He. Misit in renib' meis fi
lias pharetre sue. Factus sum in
derisum omni ppło meo: canticū
eoꝝ tota die. Repleuit me ama
ritudinib': inebriauit me absinthi
o. Vau Et confregit ad numerū
dentes meos: cibauit me cinere. Et
repulsa est anima mea: oblitus
sum bonoꝝ & dixi. Periit finis me':
& spes mea a dño. Zay. Recorda
re paupertatis & transgressionis mee
absinthii & fellis. Memoria memor
ero: & tabescet in me anima mea.
Hoc recolens in corde meo ideo sꝑabo.
Heth. Mie dñi quia ñ sum' consūp
ti: quia ñ defecerūt miserationes e'.
Noui diluculo: multa est fides tua.
Pars mea dñs dixit anima mea: ꝓpte
rea expectabo eū. Theth Bonus ē
dñs sꝑantib' in eū: anime querenti
illū. Bonū est ꝑstolari cū silentio
salutare dñi. Bonū est uiro cum
portauerit iugū dñi ab adolescenti
a sua. Ioth. Sedebit solitarius &
tacebit: quia leuauit se sup se. Po
net in puluere os suū: si forte sit spes.
Dabit percutienti se maxillā: satura
bit' opprobriis. Caph. Quia ñ re
pellet in sempitnū dñs. q̃a si abie
cit & miserebit' scđm multitudinē
miaꝝ suaꝝ. Non enī humiliauit
ex corde suo: & abiec filios hominū.

Lamech. Ut contereret sub pedib'
suis oms uinctos terre. ut declinaret
iudiciū uiri in conspectu uultus
altissimi: ut peruerteret hominem
in iudicio suo dñs ignorauit. Mem. — iiij
Quis est iste qui dixit ut fieret
dño ñ iubente: ex ore altissimi ñ e
gredient' nec bona nec mala. Qd
murmurauit homo uiuens uir ꝓ
peccatis suis. Nun. Scrutem
uias nr̃as & queramus & reuertam
ad dñm. Leuemus corda nr̃a cū
manib' ad dñm in celos. Nos ini
que egimus & ad iracundiā te ꝓuo
cauim'. Ideirco tu inexorabilis es.
Samech Operuisti in furore & ꝑ
cussisti nos: occidisti nec pepcisti.
Opposuisti nubem t' ne transeat ora
tio. Eradicationē & abiectionem
posuisti me in medio pploꝝ. Fe. Fuuie
Aperuerunt sup nos os suū: oms
inimici nr̃i. Formido & laqueus:
facta nobis uaticinatio & contri
cio. Diuisiones aquaꝝ deduxerūt
ocłi nr̃i: in contritionē ppli mei. (filie)
Ayn. Oculus meus afflictus est ñ
tacuit eo qđ ñ esset requies: donec
respiceret & uideret dñs de celis. Ocłs
meus depdat' est animā meā: in cūc
tis filiab' urbis mee. Sade. Vena
tione ceperūt me q̃i auem: inimici
mei gratis. Lapsa est in lacu uj

ta mea. & poſuerūt lapidē ſup̄ me.
Inundauerūt aque ſup̄ cap̄ meum.
dixi. Perij. Coph. Inuocaui no
men tuū dn̄e de lacu nouiſſimo.
Vocē meā audiſti. ne auertas au
rē tuā a ſingultu meo & clamori
b;. Appropinquaſti in die quando
inuocaui te. dixiſti. Ne timeas.
Res. Iudicaſti dn̄e cauſam anime
mee. redemptor uite mee. Vidiſti
dn̄e iniquitatē eoꝝ aduerſum me.
iudica iudiciū meū. Vidiſti omnē
furorē. uniuerſas cogitationes eoꝝ
aduerſū me. Syn. Audiſti oppro
bria eoꝝ dn̄e. om̄s cogitationes eoꝝ
aduerſū me. Labia inſurgentiū
m̄. & meditationes eoꝝ aduerſū
me tota die. Seſſionē eoꝝ & reſur
rectionē eoꝝ uide. ego ſū pſalmus
eoꝝ. Thau. Reddes eis dn̄e uicem.
iuxta opa manuū ſuaꝝ. Dabis eis
ſcutū cordis laborē tuū. Perſequeris
in furore tuo. & conteres eos ſub
celis dn̄e. Cap. IIII. Aleph.

Sabbo

Quomodo obſcuratū eſt aurū.
mutatꝰ eſt color optimus. Diſ
pſi ſunt lapides ſanctuarij in capi
te omniū plateaꝝ. Beth. Filij
ſyon incliti. & amicti auro p̄mo.
Quomodo reputati ſunt in uaſa
teſtea opꝰ manuū figuli. Gimel.
Sꝫ & lamie nudauerūt mamma.
lactauerunt catulos ſuos. Filia
p̄pli mei crudelis. q̄ſi ſtrutio in de
ſerto. Deleth. Adheſit lingua lac
tentis ad palatū eiꝰ in ſiti. Paruu
li petierūt panē. & n̄ erat q̄ frange
ret eis. He. Qui veſcebantꝰ uo
luptuoſe interierūt in uiis. Qui nu
triebantꝰ in croceis. amplexati ſūt
ſtercora. Vau. Et maior effecta
eſt iniquitas filie p̄pli mei peccō
ſodomoꝝ que ſubuſa eſt in mom̄
to. & n̄ ceperūt in ea manꝰ. Zay.
Candidiores nazarei eiꝰ niue. niti
diores lacte. rubicundiores ebore
antiquo. ſaphyro pulchriores. Heth.
Denigrata eſt ſup̄ carbones facies
eoꝝ. & n̄ ſunt cogniti in plateis.
Adheſit cutis eoꝝ oſſibꝰ. aruit &
facta eſt quaſi lignū. Theth. Me
lius fuit occiſis gladio q̄ˀ interfec
tis fame. quō iſti extabuerūt con
ſumpti ſterilitate terre. Ioth. Ma
nus mulierū miſericordiū coxerūt
filios ſuos. facti ſunt cibꝰ eoꝝ ī con
tritione filie p̄pli mei. Caph. Com
pleuit dn̄s furorē ſuū. effudit irā
indignationis ſue. Et ſuccendit ig
nē in ſyon. & deuorauit fundam̄
ta eiꝰ. Lamech. Non crediderūt
reges terre & uniuſi habitatores or
bis. qđ ingrederetꝰ hoſtis & inimi
cꝰ p portas ierlm. Mem. Propꝰ

peccata prophetarum eius · iniquitates sa
cerdotum eius qui effuderunt sanguinem
iustorum in medio eius. Nun. Erra
uerunt ceci in plateis · polluti sunt san
guine. Cumque non possent · tenuerunt
lacinias suas. Samech. Rece
dite polluti clamauerunt eis · recedite
abite · nolite tangere. Iurgati quippe
sunt · et commoti dixerunt inter gentes.
Non addet ultra · ut inhabitet in
eis. Ayn. Facies domini diuisit eos ·
non addet ut respiciat eos. Facies sacer
dotum non erubuerunt · neque senum misertI
sunt. Phe. Cum adhuc subsistere
mus defecerunt oculi nostri ad auxilium nostrum
uanum · cum respiceremus attenti ad gen
tem que saluare nos non poterat. Sa
de. Lubricauerunt uestigia nostra in
itinere platearum nostrarum. Appropin
quauit finis noster · completi sunt
dies nostri · quia uenit finis noster.
Coph. Velociores fuerunt persecuto
res nostri aquilis celi · super montes
persecuti sunt nos in deserto · insidi
ati sunt nobis. Res. Spiritus oris
nostri christus dominus captus est in peccatis
nostris · cui diximus in umbra alarum
tuarum uiuemus in gentibus. Syn.
Gaude et letare filia edom que ha
bitas in terra hus. Ad te quoque perueniet
calix · inebriaberis et nudaberis.
Thau. Completa est iniquitas
tua filia syon · non addet ultra ut trans
migret te. Visitabit iniquitatem tuam
filia edom · discooperuit peccata tua.

Recordare domine Oratio ieremie prophete.
quid acciderit nobis · intuere et
respice opprobrium nostrum. Hereditas
nostra uersa est ad alienos · domus nostre
ad extraneos. Pupilli facti sumus
absque patre · matres nostre quasi uidue.
Aquam nostram pecunia bibimus · et ligna
nostra precio comparauimus. Ceruicibus nostris
minabamur · lassis non dabatur requies.
Egypto dedimus manum et assyriis · ut
saturaremur pane. Patres nostri pecca
uerunt et non sunt · et nos iniquitates eo
rum portauimus. Serui dominati sunt nostri ·
non fuit qui redimeret de manu eorum. In
animabus nostris afferebamus panes nobis ·
a facie gladii in deserto. Pellis nostra quasi
clibanus exusta est · a facie tempestatum
famis. Mulieres in syon humiliauerunt ·
uirgines in ciuitatibus iuda. Principes
manu suspensi sunt · facies senum non e
rubuerunt. Adolescentibus inpudice ab
usi sunt · et pueri in ligno corruerunt.
Senes de portis defecerunt · iuuenes
de choro psallentium. Defecit gaudium
cordis nostri · uersus est in luctum chorus
noster. Cecidit corona capitis nostri · ue
nobis quia peccauimus. Propterea
mestum factum est cor nostrum · ideo contene
brati sunt oculi nostri. Propter montem

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

mori quia disperiit. vulpes ambulaverunt in eo. Tu autem in eternum permanebis: solium tuum in generatione et generationem. Quare imperpetuum obliviscēris nostri: derelinques nos in longitudine dierum. Converte nos domine et convertemur: innova dies nostros sicut a principio. Sed proiciens repulisti nos: iratus es contra nos vehementer. Explicit ieremias propheta. Incipit prefatio sancti ieronimi presbiteri in duodecim prophetas.

NON idem ordo est duodecim prophetarum apud hebreos qui et apud nos. unde secundum id quod ibi legitur hic quoque dispositi sunt. Osee commaticus est et quasi per sententias loquens. Iohel planus in principiis: in fine obscurior. Et usque ad malachiam habent singuli proprietates suas. quem esdram scribam legisque doctorem hebrei autumant. Et quia longum est nunc de omnibus dicere: hoc tantum vos o paula et eustochium admonitos esse volo. unum librum esse duodecim prophetarum. Osee sinchronon ysaie. malachiam vero aggei et zacharie fuisse temporibus. In quibus autem tempus non prefertur in titulo: sub illis eos regibus constat prophetasse. sub quibus et hii qui ante eos habent titulos prophetaverunt. Item alius prologus.

Temporibus ozie et ioathe regum iuda et ieroboam filii ioas regis israel. osee filius beeri ad prophetiam dicendam docente spiritu sancto repletus est. De memorato itaque numero regum achaz rex iuda et roboam rex israel dominum relinquentes ut hystorie regum et paralipomenon indicant: etiam israel ydolatrie crimen impio ac potestate sua admittere coegerunt. Propter que deus ad osee hec locutus est dicens. Accipe tibi uxorem fornicariam sive fornicationum: et fac filios fornicationis. Fornicariam itaque non elocatam corpus meretricem sed gentilem deum ignorantem appellat: que dei creatoris sui amore contempto simulachrorum se subiecerit desideriis. Sed cum propheta dei precepto in hac re paruisset: conceptum ex ea filium iezrahel precipitur nominare. deo pollicente post breve tempus sanguinem naboth iezrahel in domo iheu vindicare. Cuius promissionis hec causa est. Iheu per heliseum in regem unctio ad defendendum sanguinem naboth civis iezrahel que tunc tem